



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

40. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Ghislerio in causa
Colonien. optionis. Lunae 3. Iulii 1645.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

Et ita informatibus etiam Canonicis fuit resolutum.

DECISIO XL.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Gbifilerio.
In causa Colonien. Optionis.

Luna 5. Julij 1645.

§. 1. **T**Am mandatum de manutendo, etiam relaxatum à Decano Colonien. in executionem litterarum Apostolicarum mandati de subrogando, quam illius executio, cum præcesserint post inhibitionem Rotalem, ex quo non obstante citatione cum inhibitione Rotali præsentata Gerardo sub die vltima Ianuarij, & 2. Februarij 1645. fuit relaxatum mandatum sub die 18. Februarij, & possessio capta sub die 23. eiusdem, vti attentata sunt reuocanda, c. non solum in fine, & c. Romana, §. quod si obiciatur, de appell. in sexto, Rot. dec. 51. de appell. in nonis, ex regula, quod inhibitiō Rotalis, siue iusta est timenda, vt pluries dixit Rot. coram Burat. dec. 181. n. 1. & 2. coram eodem dec. 909. n. 1. coram bon. mem. Prouano in A. sina laudi 19. Decēb. 1625. coram bon. mem. Melino in Romana deuolutionis domus 3. Iulij 1618. & alibi sapius, cum non sint partes iudicis inferioris cognoscere, an inhibitiō intret, necne.

2. Nec facit, quod dictum mandatum de immittendo fuerit relaxatum in executionem litterarum Apostolicarum vigore mandati de subrogando, quia in indiuiduo, possessionem captam à gratiosè subrogato post inhibitionem Rotalem esse attentatam firmavit Rot. in Toletana Parochialis 26. Iun. 1609. coram Sanctiss. D. N. confirmata coram bon. mem. Remboldor. inter recentiores pari. 4. dec. 620. n. 1. vbi n. 3. & 4. ponderatur, quod licet executor datus in litteris subrogationis non potuisset denegare subrogato illarum executionem, absque censuram incurru, subrogatus ipse debuit abstinere, flante Rotali inhibitione, & propterea citra vitium attentatorū Gherardus nō poterat accipere possessionem, postquā præsentata fuerat personaliter inhibitiō Rotalis.

3. Et etiam attentata dicta possessio ex alio capite, cum fuerit capta infra decem dies, nempe sub die 23. Februarij, & sic intra tempora ad appellandum, quia Decanus Colonien. non erat merus, sed mixtus executor, propter clausulas, dummodo alteri non sit ius quæsitū, & amoro quolibet illicito detentore, in litteris Apostolicis apponitis, & consequenter tenebatur assumere officium iudicis, & citare Canonicos, & Capitulum, & ab eius sententia dabatur appellatio, & ideo possessio capta in vim mandati de immittendo intra terminum ad appellandū, est nulla, & attentata, vt sapius fuit dictum in Rota, & præsertim cum Seraph. dec. 1045. coram sanct. mem. Gregor. XV. dec. 91. per tot. dum aliis allegatis per Addentes ad dec. 413. nu. 4. coram eodem. Deducta ab informantibus pro Gherardo non sunt habenda in consideratione, & in omnem casum supradicta attentata, quatenus non essent reuocanda ad instantiam Canonicorum, & Capituli, sunt tamen reuocanda officio iudicis, ob spretum iurisdictionis Rotalis, cuius maiestas fuit lesa, cum supradicta emanauerint post inhibitionem Rotalem, personaliter præsentatam Gherardo, vt aliis omisiss, quæ regulariter ad hoc propositum allegantur, firmavit Rota in Messan. Decanatus 15. Februarij 1645. coram me. Et ita vtraque, &c.

DECISIO XLI.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Curiado.
In causa Papien. Beneficij Pro Illustri & R.
D. Augustino Amedæo Buronio.
Contra R. D. Ioannem Petrum Tascam.

Luna 20. Nouembrii 1645.

§. 1. **V**Acante beneficio simplici in Parochiali Ecclesia S. Mariæ, & S. Valentini loci Rosafchi Tom. VIII.

Papien. Diocesis per obitum Ioseph. Buccini, de mense Aprilis fuit ad illud præsentatus à maiori parte Patronorum Laicorum Augustinus Amedæus, quō successiue litteras Apostolicas Vicario Episcopi Nouarien. directas obtinuit, quibus iniungebatur eidem, quod iustificato in primis, & ante omnia coram ipso d. Iure patronatus ex fundatione, vel donatione ac ipsius Augustini idoneitate comperta præfatum beneficium auctoritate Apostolica illi conferret, & assignaret; mox Bartholomæus Ottina d. beneficium tanquam vacans in mense referuato, impetrauit, ac eius possessionem assumptus fuit, & subinde causam iactationis, & iactationis bonæ memor. Coecin. committi obtinuit contra præfatum Augustinum, quæ illi fuit personaliter intimata cum citatione, & inhibitione, iisque subinde reproductis detectus fuit eo instante processus per contradictas de anno 1640. Quibus peractis dict. Bartholomæus ex humanis decessit, Indèque orta controuersia inter Augustinum instantem pro subrogatione in ius, ac possessionem defuncti colligantis vigore Regul. Cancell. S. D. N. 29. de subrogand. Collig. & Ioann. Petrum Tascam nouam eiusdem beneficij prouisionem petentem, hodie propositi Dubium ab Eminenti. D. meo Cardin. Pro datario transmissum. An Augustino sit danda subrogatio: & Domini responderunt affirmatiue.

2. Siquidem Clericatus d. Augustini probatur ex litteris parentibus Ordinarij, vt nor. in c. 1. de Cleric. Peregr. & in c. post cessionem de Prob. Rot. penes Pub. dec. 114. num. 5. lib. 2. & Cas. de Grass. dec. vnic. num. 5. & seq. de presump. bon. mem. Card. Seraph. Dec. 713. sub n. 1. bon. mem. Card. Canaler. dec. 483. n. 2. vers. Clericatus enim, & c. & Reuerendiss. Vigelien. dec. 430. num. 2. ac in Recen. dec. 321. num. 5. vers. Clericatus, & c. pari. 1. & in Messan. Archipresbyter. 19. Aprilis 1641. coram R. P. D. meo Cervo. in §. Clericatus autem & in Gerunden. Priorat. 27. Iulij 1644. coram R. P. D. meo Bichio in §. Clericatus, Idoneitas verò illius ex Relatione DD. examinatorum in Vrbe, Rot. penes bon. mem. Bur. dec. 613. num. 6. ver. qua relatio & in recen. dec. 187. n. 1. vers. Clericatus, & idoneitas, & c. p. 6. Obitus autem Bartholomæi in possessione d. beneficij ex confessione vtriusque partis in earum supplicationibus ad locum præc. in C. de liberal. caus. Card. Canaler. dec. 483. sub n. 2. vers. obitus & c. & penes Burat. dec. 300. in vers. quimō & c. vbi Ad. den. referunt concordantes, & dec. 607. sub n. 20. vers. Tum quia hoc, & c. pari. 5. recen.

Lis demum supra relata inter eos vigens ex ipsis actis, & processu coram præfato bon. mem. Coecin. in præsentia exhibitis, ex quibus vtrique probatur litis pendencia inter prædictos, quia non solum fuit obiecta commissio, sed eius vigore citatio, ac inhibitiō contra Augustinum personaliter executi, & deinde reproducta, cap. proposuisti, ex. de foro competent. cap. g. a. rum, de offic. delega. Clement. 2. vt lite pendens. & in his terminis respondit, Rot. in Gerunden. Canonicar. 14. Maij 1601. penes S. mem. Gregor. dec. 27. n. 2. vers. de lite enim, & c. & in Rom. Capellan. 15. Maij 1626. penes Burat. dec. 927. n. 3. vers. ex quas, & c. vbi quod Rota semper fuit huius sententiæ, ac dec. 321. n. 2. vers. de lite, & c. pari. 1. dec. 454. num. 7. vers. Presbyteratus, & c. art. 2. & dec. 507. n. 6. vers. cum alias, & c. pari. 1. recen. & in dd. Messanen. & Gerunden. & rursum in eadem Messanen. Archipresbyteratus 19. Ianuarij 1643. coram Reuerendiss. Domino meo Decano in §. iustificatio autem.

3. Quibus concurrentibus subrogatio conceditur Colliganti superstiti vigore dictæ Regulæ 29. nā propter novos aduersarios litigia protogari contingat, & ex litium diuturnitate Ecclesiarum, ac beneficiorum detrimenta proueniant, contra text. in cap. 1. & 2. vt lite pendens. in 6. & late comprobant ad eandem Regul. Sarnens. quæst. 1. §. Ita tamen, vers. non tamen viderunt
Y 2 honestum